

in hebraico thannim positum est uerba prophe. ecce inquit
sonitus & fremitus babylonii ueniens audiur. magnaque commotio
siue terre motus de terra aquilonis. ut omnes urbes iudee habita
toribus interfectis redigat in solitudinem. & faciat pro hominib;
dracones habitare. & cuncta uen & nata animantia. siue ferarum ones
quod & ipsum animal solitudinis familiare est. & inde erat nascitur
& nutritur. aut certe fingat monstra quedam. & daemonum
phantasmata possimus intellegere. haec omnia quae & pre
terita & presentis sermo descripsit. ad persecutionis ecclesiae. ht
redigitur in solitudinem. & ut ista uniuersa ueniant. culpa
pastorum est. qui stulte egerunt & dnm non quesierunt. nec in
tellexerunt eum. & idcirco grex omnis dispersus est. Scio dne quia
non est hominis uia eius. Neque est ut ambulet & dirigat gressus suos.
erubescant noui predicatores quasi unum quemque suo arbitrio
regi. cum & hic propheta dicat non est hominis uia eius. & dd in
lyrico canat carmine. A dno gressus hominis dirigentur. & uiam
eius uolet animis. siue hic sensus est. quod a babylonis fustinem
non est eorum formidinis. sed tui meritis & indignationis tue.
Corripe me dne. uerum tamen in iudicio. & non in furore tuo. ne
forte ad nihilum redigas me. effunde indignationem tuam su
per gentes quae non cognouerunt te. & super prouincias siue
generationes que nomen tuum non inuocauerunt. quia deuo
rauerunt iacob. & locum eius consumserunt. & decus eius uel
pascua dissipauerunt. siue ad solitudinem redegerunt. hunc loci

ht referamus tempora quando tabernacula dni subuertuntur. & omnis habitatio ecclesie.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0115